



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 68. Joannis Maldonati Jesuitæ fata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Genuensis, Nolanus Episcopus, Pres. Sæcul. XVI.  
 byter titulo sanctæ Sabinæ. XIV. Al- A.C. 1583.  
 bertus Bolognettus, Bononiensis, Maf-  
 fæ Episcopus, qui titulo caruit. XV.  
 Matthæus Contrarellus, in Francia na-  
 tus, Papæ Datarius, Presbyter Car-  
 dinalis tit. sancti Stephani in monte  
 Cælio. XVI. Georgius Radzivilius,  
 Polonus, Vilnensis Episcopi Coadjutor,  
 ac Cracoviensis Episcopus, Presbyter  
 Cardinalis tit. sancti Sixti XVII. Sci-  
 pio Lancellottus, Romanus, itidem  
 Presbyter tit. sancti Simeonis. XVIII.  
 Simeon de Tagliavia de Arrognia Ter-  
 rænovæ Ducis Filius, patria Siculus,  
 Cardinalis Diaconus tit. sancti Georgii  
 in Valabro, postea Portuenis Episcopus.

## §. LXVIII.

*Ioannis Maldonati Jesuitæ fata.*

Prioris Mensis Januarii die sexta Mal-  
 donatus Jesuita extremum clauso- Possev. ap.  
 rat diem. Is illo ævo Philosophicis, par. Ale-  
 ac Theologicis disciplinis excultus sem. gamb. de  
 per pietate, animique candore præful- Script. Soc.  
 gebat, ac jam dudum scientias publice Nicol. Ant.  
 tradebat, priusquam Romæ anno re- Bibl. script.  
 stauratæ Salutis millesimo quingentesi- Hispan.  
 mo sexagesimo secundo Societatis in-  
 stitutum amplecteretur, porro in So-  
 cietatis Collegio cum magna laude ver-  
 fatus, a suis Superioribus Parisios mit-

**Sæcul. XVI.** tebatur, ibidemque tam Philosophiam,  
A. C. 1583. quam Theologiam ultra decem annos  
 tradebat, cum tanto Auditorum con-  
 cursu, ut ex remotissimis etiam Pro-  
 vinciis juvenes confluerent, imo etiam  
 Protestantes, quos tamen acerrime im-  
 pugnabat, turmatim ad ejus prælectio-  
 nes accurrerent. Ceterum de adver-  
 ejus casibus, quos in eadem Urbe ex-  
 periebatur, jam alibi mentionem feci-  
 mus, qua tamen tempestate superata  
 Maldonatus ad Bituricense Jesuitarum  
 Collegium secessit, ubi vix vigesimum  
 mensem transegerat suas lucubrationes  
 expurgaturus, ultimamque admoturus  
 manum, cum a Gregorio XIII. Papa  
 Romam accersitus septuaginta Interpre-  
 tum Bibliis concinnandis, ac postea  
 prælo publico subjiciendis operam lo-  
 care juberetur: verum hic morte præ-  
 ventus hoc opus perficere haud poterat,  
 quippe die sexta Januarii Anno post  
 Virginis partum millesimo quingentesi-  
 mo octogesimo tertio nonnisi quinqua-  
 ginta annos natus obiit, postquam pri-  
 mam lucem Cosæ-Reginæ oppido pro-  
 pe Lerenam in Extremadurensi Provin-  
 cia sito aspexerat.

### §. LXIX.

*Hujus Auditoris opera.*

Maldo